

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De sacramento eucharistiae. Et audienda missa**

**Gansfort, Johannes**

**[S.l.], [ca. 1527]**

Sapientia

[urn:nbn:de:bsz:31-291047](#)

## DE INCARNATIONE VERBI

filium tuum a manibus. Nec solis amantibus eū data  
mater es sicut nec solius illius mater es. Venit ille non  
solos homines, uerum homines & iumenta saluare, qui  
panis non solum, sed & fenum factus est. O tu genitem  
mihi genitum. O fenum productum nobis in montibus  
& altissimo monte super omnes colles Cherubin & Se-  
raphin & montedomus dei eleuato super omnes colles,  
pasce iumenta insipientia. O pabulum brutis, annona  
laginatis, panis hominibus, edulium debilibus, pulmen-  
tarium delicatis, ferculum honoratis, conutuum amicis,  
epulum celebribus, sacrificium sacerdotib⁹, omnib⁹ om-  
nia factus, qui pro nobis e celo datus es panis uiuus uer-  
bum caro factus, & fenum & granum frumenti & esca  
pullis coruorum inuocantibus eum. Tu pasce, refice,  
gustum te præbe, facia, inebria, adauge, robora, sag-  
na, impingua, delecta, confirma, cōsolida, & interito gra-  
datim ad amorem illum perduc, quo nō iam fenum &  
pabulum, sed panis angelorum mihi fias, quando transi-  
ens ministrans nouum pasca tecum impleam in regno  
tuo.

A M B N.

## F I N I S

¶ Sequuntur quædam a Calcographo annexa.

Hieronimus.

¶ Hoc solum in presenti seculo habem⁹ bonum, q  
uis escamur carne eius & cruentum potemus, non solum in  
misterio, sed etiam in scripturarum lectiōe, uerus cibus  
& potus, qui ex uerbo dei est, scientia scripturarum est.

Idem.

¶ Qui ista præsentia amant, persequuntur sanctam ec-  
clesiam, id est, illos qui celestia diligunt,

Sapientia.

**B**ibe de tuis fontibus & de tuis puteis, & sit tibi  
fons proprius. Enucleat eandem sententiam  
Origenes Home. xij. super Genesim.

**T**enta ergo & tu o auditor habere proprium pu-  
teum & proprium fontem, ut & tu cum appræhendes  
tis librum scripturarum, incipias etiā ex proprio sensu  
proferre aliquem intellectum, & secundū ea quae in eccl  
lesia didicisti, tenta & tu bibere de fôte ingenij tui. Est  
intra te natura aquae uiuæ, sunt uenæ perennes, & irri-  
guia fluenta rationabilis sensus, si modo non sint terra &  
ruderibus oppleta. Sed satis age fodete terram tuam &  
purgare sordes, id est, ingenij tui amouere desidiam, &  
torporem cordis excutere. Audi enim quid scriptura di-  
cit. Punge oculum & profert lachrimam, punge cor &  
profert sensum. Purga ergo & tu ingenium tuum, ut  
etiam aliquando de tuis fontibus bibas, & de tuis puteis  
haurias aquam uiuam. Si enim suscepisti in te uerbum  
dei, si accepisti a Iesu aquam uiuam, & fideliter accep-  
sti, fiet in te fons aquæ salientis in uitam æternam.

Idem Home. xij. super Exodum.

**N**on solum ad discēdum sacras literas nobis est ad/  
hibendum studium, uerū & supplicadū dño, & diebus  
ac noctibus obsecrādū, ut ueniat agnus ex tribu Iuda, &  
ipse accipiens librū signatū, dignet aperire. Ipse est em q  
scripturas adaperiens, accendit corda discipulorū, ita ut  
dicant. Nonne cor nostrū ardens. &c.

Idem Home. iiij. super Exodum.

**E**rratica & lubrica sunt Philosophorum dogmata,  
quæ paruulos quoq; sensu & pueros intelligentia de/  
ceperunt. Sed ubi crux Christi mundo huic, ueritatis lu-  
men ostendit, necis eorum penas, & reatum sanguinis  
exigunt. Ita enim & ipse dñs dicit, quia ois sanguis qui  
effusus est sup terrā, a sanguine Abel iusti, usq; ad san-  
guinem Zacharia requiriatur a generatione hac.